



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXX. De officio legati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

intra certum tempus decidenda, quod tamen tempus partium consensu potest prorogari. V. Finita lite, & sententia iudicis mandata executioni.

De Officio Legati.

TIT. XXX.

Legati, inquam, ipsius Pont. qui, cum in *c. 4. hoc t.* diversis Provinciis sæpe multa occurrant negotia, quæ ejus vel præsentiam vel certe auctoritatem requirant, nec ipse ubique præsens esse queat, præter delegatos particularium causarum etiam Legatos cum plenibri potestate substituere loco suo solet.

1. In quo ergo Legatus differt a Iudice delegato?

Qvod Legatus jurisdictionem habeat *c. 2. hoc t.* ordinariam, id est, quam exercet iure suo. Delegatus vero jurisdictionem mandatam, quæ etiam a quolibet iudice ordinario, imo & a delegato S. Pont. aut Principis dari potest.

2. Quomplexes sunt Legati?

Sunt triplicis generis, Legati a latere seu Laterales, Legati constituti seu missi & Legati nati.

9. Qui

3. *Qui dicuntur Legati a Latere?*
c. 1. h. tit. Qui de Collegio Patrum purpuratum seu Cardinalium desumuntur, dicitur, quasi de latere S. Pont. missi quemadmodum & circa latus Principis agere dicuntur, qui in ejus sunt consilio.

4. *Qui legati constituti?*
l. 30. D. Qui ex numero inferioris Clerici constituntur, & aliter *Legati missi* dicuntur, non quasi priores non mittantur, nec in consilio se ingerant, sed quod minus honorifice mittantur, i.e. non ex collegio Cardinalium, quos Pontifex *Fratres apostolice sedis* appellat.

5. *Qui legati nati?*
 Quorum dignitati Ecclesiasticae Legationis annexum est: sic Cardinalis quasi cum eliguntur ad dignitatem, etiam veluti nascuntur Legati, quod est Archiepiscopus Pisanus in Italia, Episcopus Remensis in Gallia, Salisburgensis in Germania, Cantuariensis & Eboracensis in Anglia.

6. *Quod est Legati officium & quae potestas?*
d. c. 1. h. tit. De causis provincialium ad se delegantur cognoscere & judicare, & eas aliis delegantur: sententias a delegatis latas confirmant.

mare: Concilium provinciale cogere, simulque statuta condere etiam perpetuo duratura, quibus noxia evellantur & dissipentur, salutaria inducantur & promoveantur.

7. *Estne Legatis omnibus aequalis potestas?*

Minime, quia ceteris eminentior est, *c. 2. eod.*
& majorem potestatem habet Legatus a *in 6.*
Latere. Nam is Roma egressus ad *in c. 2. eod.*
stat Proconsulis, cui comparatur, liberi *in 6.*
us jurisdictionem, tam contentiosam quam voluntariam, exercet: eosque præsente, suspenditur interim alterius Legati, si quis forte in ea Provincia extiterit, officium. Idem excommunicatos quoscunque propter manuum injectionem in Clericos, tam extra Provinciam sibi commissam, quam in Provincia, & tam extraneos quam subditos, absolvere potest: cum Legatus constitutus eos tantum absolvere possit, qui sunt subditi *c. pen. h. 2. & c. 20.*
Provinciae sibi commissae, vel qui in ea *De sent.* deliquerint. Provinciae item suae beneficia vacantia libere confert, etiam invito, & inconsulto patrono Clerico, atque vacatura collationi suae reservare potest: exceptis dignitatibus, & iis, quae speciale *c. 6. h. 2. c. 7.* mandatum desiderant, quaeque Pont. non *in fin. eod.* solet *in §.*

F

solet in §.

c. 3. & 4. solet in quemquam transferre, Leg
 eod. in 6. nis enim officium pars est Apostolica
 Multum licitudinis, non plenitudo potestatis,
 2. qu. 1.

8. *Quibus modis finitur jurisdictio
 Legati?*

Gl. ad c. 3. Morte ipsius Legati, revocatione
 V. finitur dati, temporis lapsu, discessu e
 eod. in 6. cia, cum animo non redeundi. No
 iam morte Pontificis, qui cum
 e. 2. eod. tuit. Quamvis enim Legati vices
 in 6. gerant: reputatur tamen velut ordi
 eorum jurisdictio, & sic magis dicitur
 quam sit delegatorum.

De officio Judicis ordinari

TIT. XXXI.

Postjudices, qui extra ordinarium
 tifice constituuntur, quippe etia
 dinariam jurisdictionem exercent,
 tes sunt Legati, sequitur de judic
 dinariorum officio in genere.

1. *Quis dicitur Iudex ordinarius?*

Iudex ordinarius est, qui propriam
 bet jurisdictionem, quam jure
 jure Ecclesiasticæ dignitatis ac mag
 tus, quo fungitur, exercet, quæ hoc
 dicitur *Audientia*.

2. *Jurisdictio ordinaria quibus modis
 acquiritur?*